

predicantiū et declarantiū fidē. Ter-
tio modo a collectōe articulorū ex di-
uersis locis scripture in quā tota fides
quālibet ad credibilia continetur et hoc modo
dicitur hic symbolū a sin quod est simul et
totus quod quilibet aploꝝ suū totū id est
articulū posuit ut infra dicitur primis
etiam duobus modis symbolū dici potest.

Septimo queritur quare necessitas fuit
inueniendi symbola. Dicendum quod du-
plex necessitas vel utilitas fuit eodem
die symbolū. Prima necessitas siue uti-
litas est certa et facilius cognitio cre-
dendorū vel maior cautela contra frau-
dem hereticorū fidē corrūptentiū. nam cum
fidei veritas diffusa in sacra scriptu-
ra continetur in pluribus locis et longū
studium requireret ad colligendum sum-
matim veritatem fidei necesse fuit in sum-
ma colligere ut sic ergo collecta om-
nibus proponeret ad credendum ne fides
simpliciter per hereticos deprauantes sep-
turas corrūperet. Secunda utilitas vel
necessitas fuit propter hereses diuer-
sas insurgentes in quibus diuersi quibus ab-
lendis diuersa symbola facta sunt ad-
dendo vel declarando sic expēdiebat.

Symboli in primis
Octavo queritur quot sunt symbola.
Dicendum quod tria proprie loquendo. Pri-
mū est symbolū aploꝝ. Secundū est
symbolū nicenū. Tertium est symbolū
athanasij scilicet Quicquid vult saluū esse
quod dicitur glo. in principio decretaliū de
summa trinitate et fide catholica. c. fir-
miter credimus dicitur symbolū quartū
largo modo et improprie legitur sed so-
lūmodo per theologos sunt predicta
tria et etiam symbolū athanasij non de-
bet proprie symbolū quia magis per modū do-
ctrine quā per modū collectionis tradi-
dit credenda.

Nono queritur quare varijs modis et
temporibus symbolū cātur. dicendum quod
symbolū aploꝝ fuit conditū tpe veri-
tatis nondum palate ideo dicitur sub

missa in patria nondum sole bene lucere et
in cōpletorio. Symbolū autem nicenū
factū fuit tpe veritatis palate contra
aliquos hereticos insurgentes vñ ibi
declaratur quedā quae in simbolo aplo-
rū non ita clare continebatur id est cāta-
solēnis post euāgelium in missa. Sym-
bolū autem athanasij conditū fuit tpe
veritatis per hereticos percussis scilicet tñ ve-
ritas preualuit propter quod in mane cā-
tatur pulchre tenebris quibus illud sit ma-
gis per modū doctrine quā per modū sym-
boli. In his tribus symbolis continetur ea-
dem veritas scilicet magis clare in uno quā in alio

De simbolo aploꝝ
et diuisione eius ps secunda.

Nis igitur prehabitis videndum
est de diuisione symboli aplo-
rū et quibus aploꝝ fuerit conditū
et positi articuli fidei. Et qualiter omnes
fuerint per prophetas predicti. dico primo quod
petrus aploꝝ princeps posuit primū ar-
ticulū istū scilicet credo in deū patrem omnipo-
tentem creatorem celi et terre. Et quod di-
cit credo id est actū dicat corde assen-
tione. de hoc de intendo in deū qui pater-
nitate sua est principium totius diuinitatis.
quia ab ipso est filius per generationem et
spiritus sanctus per processionem. Et istū articu-
lū predicat hieremias. Patrem iuocabi-
tis qui fecit terram et perdidit celos. Et ge-
ne. i. In principio creauit deus celum et terram.
In isto articulo continentur distincte
tres credite veritates. Quarum prima est
de diuina unitate. cum dicit credo in
deū. in singulari numero et non in pluri.
Secunda est de diuina omnipotentia. cum dicit
Patrem omnipotentem. Tertia de mundi
creatione. cum dicit. Creatorem celi et terre.
Cum dicit patrem hoc est rationale dulce verbum
boni fideli. quia magna spes datur homini in
verbo illorum. Patri. n. nu. quod potest esse bo-
na voluntas ad filios. precipue cum ipse est
pater misericordiarum et misericors obliuiscitur